

perdidit. Lilybaeum Verres venit postea : rem cognoscit : factum improbat : cogit quaestorem suum pecuniam, quam ex Agonidis bonis redegit, eam mulieri omnem adnumerare et reddere. Est adhuc, id quod vos omnes admirari video, non Verres, sed Q. Mucius. Quid enim facere potuit elegantius ad hominum existimationem, aequius ad levandam mulieris calamitatem, vehementius ad quaestoris libidinem coercendam? Summe haec omnia mihi videntur esse laudanda. Sed repente e vestigio ex homine tamquam aliquo Circae poculo factus est Verres : redit ad se atque ad mores suos. Nam ex illa pecunia magnam partem ad se vertit, mulieri reddidit quantum visum est.

—Cicero, *In Caecilium*.

1. Write short notes on *quaestori, recuperatores, Lilybaeum, Mucius*.
2. *Circae poculo*. Explain.
3. Explain the following legal terms : *postulatio, nominis delatio, subscriptio, divinatio*.

III.

Translate :

Sin ad bella magis studium turmasque feroces,
Aut Alpheia rotis praelabi flumina Pisae,
Et Jovis in luco currus agitare volantes ;
Primus equi labor est animos atque arma videre
Bellantum, lituosque pati, tractuque gementem
Ferre rotam, et stabulo frenos audire sonantes ;
Tum magis atque magis blandis gaudere magistris
Laudibus, et plausae sonitem cervicis amare.
Atque haec jam primo depulsus ab ubere matris
Audeat, inque vicem det mollibus ora capistris
Invalidus, etiamque tremens, etiam inscius aevi.
At tribus exactis, ubi quarta accesserit aestas,
Carpere mox gyrum incipiat, gradibusque sonare
Compositis, sinuetque alterna volumina crurum,
Sitque laboranti similis; tum cursibus auras,
Tum vocet, ac per aperta volans, ceu liber habenis,
Æquora, vix summa vestigia ponat arena.

—Virgil, *Georgics*, B. III.

1. Explain the allusion in *Alpheia, Pisae, Jovis in luco*.
2. Give the exact force of *mollibus, laboranti similis*.
3. *Inscius aevi*. What different interpretations?
4. Discuss briefly the style of the *Georgics*, illustrating from the Third Book.

IV.

Translate :

Falso queritur de natura sua genus humanum, quod, imbecilla atque ævi brevis, forte potius quam virtute regatur. Nam contra reputando neque majus aliud neque praestabilius invenias, magisque naturae industriam hominum quam vim aut tempus deesse. Sed dux atque imperator vitae mortalium animus est, qui, ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens potensque et clarus est, neque fortuna eget, quippe probitatem, industriam aliasque artis bonas neque dare neque eripere cuiquam potest. Sin captus pravis cupidinibus ad inertiam et voluptatis corporis pessum datus est, perniciose lubricine paullisper usus, ubi per socordiam vires, tempus, ingenium diffluxere, naturae infirmitas accusatur; suam quisque culpam actores ad negotia transferunt. Quod si hominibus bonarum rerum tanta cura esset, quanto studio aliena ac nihil profutura multumque etiam periculosa petunt; neque regerentur magis quam regerent casus, et eo magnitudinis procederent, ubi pro mortalibus gloria æterni fierent.—Sallust, *Jugurtha*.

MODERN LANGUAGES.

JOHN SEATH, B.A., ST. CATHARINES, EDITOR.

NOTE.—The Editor of this Department will feel obliged if teachers and others send him a statement of such difficulties in English, History, or Moderns, as they may wish to see discussed. He will also be glad to receive Examination Papers in the work of the current year.

ENGLISH.

Answers to the questions received by the Editor of this Department of THE MONTHLY, from want of space, are held over until next issue.